Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Quattuor Euangelia ussui lectionum missae adcommadata - Cod. Aug. perg. 207

Hieronymus, Sophronius Eusebius

[S.l.], [9. Jahrh.]

Prologus: Marcus

urn:nbn:de:bsz:31-60784

Visual Library

fecerunt sicuterant docti · Et diuulgatum est
uerbum istud apud iudaeos. usque in hodiernum
diem · Undecim autem discipuli abierunt in gali
laeam in montem ubi constituerat illis ihs · Et ui
dentes eum adorauerunt · Quidam autem dubita
uerunt · Et accedens ihs locutus est eis dicens ·
Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra · Eun
tes ergo doc&e omnes gentes. baptizantes eos in no
mine patris & filii & sps sci · Docentes eos seruare
omnia. quaecumque mandaui uobis · Et ecce ego
uobiscum sum omnibus diebus usque ad consum
mationem sae cu li ·

EXPLICIT LIBER SCI EUANGELII SECUNDM MAT ·

INCIPIT PROLOGUS ·

MARCUS EUANGELISTA DI. ET PETRI
in baptismate filius · Atque in diuino sermone disci
pulus. sacerdotium in israhel agens. secundum carnē
leuita · Conuersus ad fidem xpi. euangelium in italia
scripsit · Ostendens in eo quid & generę suo deber& & xpo.
Nam initium principii in uoce proph&icae exclamationis
instituens · Ordinem leuiticae electionis ostendit · Ut

praedicans praedistinatum iohannem filium zachariae in uo
ce angeli adnuntiantis emissum · Non solum uerbum caro factū ·
sed corpus dn̄i in omnia per uerbum diuinae uocis animatum ·
Initio euangelicae praedicationis ostender& · Ut qui haec legens
scir& cui initium carnis in dn̄o & ihū aduenientis habitaculum ·
caro deber& agnoscere · Atque in se uerbum uocis · quod in conso
nantibus perdiderat inuenir& ; Denique & perfecti euangelii
opus intrans & a baptismo dn̄i · praedicare dm̄ inchoans · non la
borauit natiuitatem carnis · quam in prioribus uiderat dicere ·
sed totus in & primens & positionem deserti · Ieiunium nume
ri · temptationem diaboli · congregationem bestiarum · Et mi
nisterium protulit angelorum · ut instituens nos ad intelle
gendum singula in breui cōpingens · nec auctoritatem factae
rei demer& · & perficiendo operi plenitudinem non negar& ·
Denique amputasse sibi post fidem pollicem dicitur · ut sacerdotio
reprobus haber&ur · sed tantum consentiens fidei praedistina
ta potuit electio · ut nec sic in opere uerbi perder& quod prius
meruerat in genere · Nam alecandriae episcopus fuit · cuius
per singula opus scire · Et euangelii in se dicta disponere · & disci
plinam in se legis agnoscere · Et diuinam in carne dn̄i intellege
re naturam · quae in nos primum requiri · Dehinc inquisita

uolumus agnosci, habentes mercedem & hortationis. qm̄
qui plantat & qui rigat unum sunt. qui autem incrementum
prestat. ds̄ est;

EXPLICIT ARGUMENTUM.

INCIPIUNT CAPITULA.

·I· DE IOHANNE BAPTISTA ET UICTU ET HABITU EIUS. [illegible]
De baptismo ihū & temptatio eius; Petrum. Andream. Iacobum.
Et iohannem sequi iubet. De homine qui spm̄ inmundum habuit sanato.

·II· DE SOCRU PETRI A FEBRIBUS LIBERATA.
Et aliis multis quos ihs̄ saluauit. De leproso. De paralytico. Iacobum
alphei sequi iubet. apud quem cum publicanis conuiuat. Murmuranti
bus iudaeis dicit. non esse opus sanis medicus. De ieiuniis discipulorū
& filiis sponsi. Et de utribus. Et de uino.

·III· DE SPICIS QUAS DISCIPULI UELLEBANT.
De eo qui manum aridam habuit. Et ubi daemones ihm̄ confitentur.
Quodecim apostolorum electio. De beelzebub principe daemoniorū.
Et fortiore ligando. Et peccanti in spū sc̄o non remitti.

·IIII· DE MATRE ET FRATRIBUS EIUS. DE PARABOLA
seminantis. Lucernam sub modio. De bona mensura. De parabo
la herbae spicae & plenum fructum. De sinapis grano. ubi in naui
dormit. & exsurgens tempestati imperat. Et de demone cui nomen
Legio fuit.